
118

118



Raphael Lancius Regieñ. Iu. V. D.

Regi arces nihil amplius timento,
Quod squalor, caries, situs ue portet,
Regi mœnia celsa prodeunto,
Gaudentoq; sui perenniore
Cultu, tempore, principatu, honore.
Hæc nam dulciculus, decentulusq;
Bonorum soros, & talassa, uersu
Dum ludit Parisetus eleganti,
Quod primum Lepidus dedit decoris,
Tanto plus decorat decenter, ipsa est
Quanto æternior ilias Micœnis.

Græcorum adagio: agathō soros, agathō talassa.

Philippus Gandulphus Lilybitanus, Siculus Physicus: auroq;, & lauro uir insignis, operi censor uocatus, respondet.

Non obelos fœtura timet generosa: sed ipsa
Pullulat, & Nauci propudiosa facit.

Ioannes Baptista a Richo Mutinensis.

Olim quam Lepido rediuiui mœnia regi,
Tam Lepidus tibi nunc: & regi mœnia debent.

140

LVDOVICVS PARISETVS REGIENSIS
Reuerẽdis æque optimis & honoratissimis Canonicorum Regieñ. albo scriptis sacerdotibus e Carminis sui dicatiõe: cũ salute; deuotionẽ.P.D.

LVSTRVM Ferme peractũ est: quo patria ab urbe Romam ꝓfectus sum. Atq; eo: Campanum litus: & Calabrũ fines: ut in Siciliam: Typhoidos Aetnæ Cratheres: & Romani quõdã populi famigerata horrea: totius Triquetræ Campos: uisurus: ipsum me traiicerem: spõtaneo meritus sum exulatu. neq; ingratam hic peregrinatiõem subii. En præfatus sum ueniam: si exotici quid sermonis: aut facundiæ minus exassiatæ: in patriam rediẽs: quapiam ex præcipitata editione: lectorum iudicio ad fabre examussinato suppegerim. Sit ergo interim optimum factu existimatũ: nostram hanc recentem fœturam: a condito: & instaurato Regio Lepidi: nostra ad usq; tempora: summatim historiam repetẽtem: ad uos: quot quot albo Canonicorũ Regiensium: scribimini sacerdotes: imprimis legendam cõmittere: & lectam indidem uobis Cõdicare: ut nãq; scio: patriarũ uirtutum in uos: suum tanq̃ in domialium: præclarum qdcunq; est specimen, ꝯcessisse: Acerrimos ita uos: patriis hisce pro monumentis: Vindices futuros non addubitauerim. Vestro nunc igitur auspicio: nouitium Camœnis Regiensium opus: hoc tandem prodeat, carmen. Quod æque uobis missum boni Consulentes: non displicuisse saltem animo si ostenderitis: pollucibiliter mihi reliquis cum omnibus actum iudicans: uel Homeromastycas (siqui erunt) facile propulsabo. Valete Regii Lepidi. Sexto Calen. Nouembris. M.D.XVII.

LVDOVICI PARISETI REGIENSIS: A Condito: & instaurato Regio Lepidi: sua ad usq; tempora: repetitæ historiæ Carmē. Quod.

EPODION.

ASSyriis elementa: Patri Diademata Baccho:
Euryalo: fratriq; domos: Alta oppida: & arces
Cecropi: Arachniadæ fusos: Et fœdera Theseo:
Atq; aliis alia explorata Antiquitus: Ingens
Parturiisse animi palmarium: & inclyta rerum
Munia ab inuentis succenturiasse: Sicanis
Culta Dea ob segetes: Plutonis mystica socrus
Monstratas: erit exemplo: Nam incomis: & exlex
Gens illa agrestum: melioris nescia uitæ: ut
Dispexit frumenta recens collecta: Molossis
Glandibus: ex usu: potiora: Dea indiges olli
Alma Ceres habita est. Inde & sua munera phœbus
Accipit: Aonidum siquis felicia potans
Flumina: dulce melos conceperit edere: Equorum
Hinc sua Vectori stat gratia Bellerophonti.
Augurio sic ipse Catas: & origine uersus
Pythius Heroi Consultor: In equore uiso
Sydere: sic nauta est phœnix laudandus: Ab ipso
Quandoquidem merito sua cuiq; est fama laborum.
Sic secreta petunt: Sic ruta abscondita uates
Obstippa ceruice adeunt: & inhospita sæpe
Tesqua frequentantes: rabiosa silentia secum
Ieiuni eructant: ac Dia poemata condunt:
Sic calamum impegisse nouis: & cognita paucis
Ordiri: res est longe pulcherrima: Quare
Primus item musarum adytis primordia Regii
Præcerpturus, agens opus: orbita nulla priorum
Qua Cantho signata patet (nisi gratia famam
Concoquit obscuram: nisi abest: & gloria honori)
Viuam ego tantilla pro laude: Authoribus author
Et nouus antiquis subrepens: gratus habebor

Assyrii, liber pater, Euryalus, & Hyperbius fratres, Cecropsq;, & Closter, atq; Theseus, quæ inuenerint, Ex Pli. li. 7. cap. 56.

Bellerophontis, caræ, Pythii Apollinis, & Phœnicum inuenta, Ex eodem Plin. eodem libro & cap.

Nouitas gratissima rerū.

In patriam scriptor: forsanq; abeuntibus annis
Alter ego ab Lepido ferat instaurator: eruntq;
Olim carminibus fors & sua præmia nostris.

Inuocatio.

At uos: præcipue Polyhymnia Diua: canenti
Aspirate precor. Vos & meminisse potestis
Solæ prima urbis quæ sint fondamina Regii:
Solæ: præcuruo: & Lepidum nouistis: aratro,
Instaurantem Arces: & mœnia tuta locantem.
Sic cantu uobis concedat pieris: Audax
Ardalus æternum sic uestro a fonte facessat.

Magnæ parẽtis Italiæ laudes. ex Pli. li. 3. cap. 5.

¶ Gẽtium in orbe ipso patria inclyta: & omnium alumna
Terrarum italia: ut quæ mutu electa deorum,
Magna parens faceret cœlum ipsum clarius: ut quæ
Imperia, & sparsos ritus in iura uocaret
Propria: & alloquiis hominem ad commercia rerum
Spectata attraheret: septo gaudentis in uno
Naturæ uires complexa: Beatior omni
Sic tellus tellure licet: quæ sydera tangat
Vertice: & Aethereum se se erigat ardua ad axem:
Nobilitate uirum, atq; armis felicior: Vni

Vbi locorum Doria ex. C. Sempronio.

Post ligurum fines: atq; Hetrusci rudera agri:
Insubrumq; plagam: ac Venetas stagnata paludes
Flumina: præcipuum, qua Doria labitur unda:
Adiicitur decus, & laus nupera maior adaucta est.
Hic & temperies cœli uitalis, & altum
Aprici colles: nemora inter opaca, salubrem
Aera prætendunt, hic liber mitibus uuis
Vel methymnæis lesbi de palmite lectis,
Vina premi uberius censet: uenit optima frugum hinc
Fertilitas, qualem non Africa terra: nec ipsa
Trinacria ostendit, uel primo a consule: qualem
Nec mirata suas uiderunt gargara messes.

Quid Doria & vnde ex eodem C. Sempronio.

Quæ simul agnouit, qui Regia mœnia dudum
Aedificanda animo conceperat, Antiquarum
Doria Thuscorum nomen, gens Doria, & amnis
Doria, qui prima hæc, & pinguia prata secabat,

Doria & omne quod est, ualeat uetus inquit, & in ius
Romanum locus hic concedat Regius: ora
Aemilia hæc proprio signetur nomine, nec quod
Eumelus Alcides huc uenerit, eumeliamq;
Pro bobus adductis censeri iusserit, ut si
Amphytrioniaden pecudatum dixeris, aut quod
Vrbs Rezum, aut Reza antiquo sit nomine dicta:
Iusuppho uel teste tibi suadeto: sed hoc sit

Aemilia fal/so mutatis li/teris vnde di/cta fuerit ex Iu'uppho Gorione.

Regium opus Lepidi, Lepidissima mœnia sunto
Hæc nostro demum Romana Colonia ductu.
Tempus erat: miseris quo Roma tumultibus orbem
Fregerat, atq; suæ sibi libertatis in arma
Spem dederat, Perusina fames quo tempore primum
Fomentum capiebat: Atrox quo Brutus, & audax
Cassius aduerso perituri Marte, laborum
Dura exanclabant discrimina: honoribus aucto
Cum eximiis: quibus est a Narbonensibus olim
Muneribus functus, cordi sententia sedit
Hæc Lepido, instauranda situ collapsa uetusto
Mœnia, & in paruis maiora obeunda ruinis
Esse opera: ac dignum Rege, & regalibus ausis
Regium humo tollendum, & Regia tecta paranda.

Ex Gicerone lib. 10. Epistolarum. Narbonēsem suam prouinciam Lep. vocat in epistola ad Cice.

Consulit ergo patres, & iure colonia duci huc
Vt Romana queat, Lepidus lepide exigit: unde
Et noua per titulos Romana potentia crescens,
Nesciat imperio non arma huc mota, suisq;
Viribus hic Senones Gallos, & Boia castra
Interiisse, palam cognoscat: Iusta senatus
Poscere tum attendens Lepidum Romanus, in urbe
Condenda, ut possit Romana colonia duci
Ius Lepido cessit, Lepidi unde & mœnia Regii
Dicimus, & proprio proprium stat nomine nomen.

Galli Senones, & Boii ppl'i vbi terrarum interempti Ex Pli. li. 7. cap. 14.

Quis Iouem Acidaliæ Veneri felicius astrum
Phœbea pro sede neget, non exeruisse
Tunc caput, & placidam simul illuxisse Dionem?
Frigidus Arctophilax: tristis Saturnus, & expers

Iouis coniuncti cum Venere, ĩ domo solis benignissimum sydus.

Bootes, Saturnus, & Cynosura, cũ Elyce, tristia signa.

Cum comite undarum formosa Lycaonis, illa
Luce procul mœstos uultus traxere, benigno
Sydere, qua primo molimine iunctus Aratro
Bos, & uacca, nouæ signauit limina portæ.
Tunc nulla ambitio probitatem effinxit, In omnes
Tunc æqua: & facilis clæmentia, nullus egenti
Asper erat, Tunc læta seges crescebat in aruis
Sponte sua: & passim dulces propago racemos
Vt Thmoli uineta, dabat. Tunc nulla simultas

Prouerbium, strumã Dibapho uestit, in eos dictũ, qui mali probitatem simulãt.

Mortales animos inuasit, Nemo tumentem
Tunc strumam dibapho uestiuit, Marsya cunctis
Signa Tholo sua tunc affixa ostendit: & urbem
Libertate illa tutatus tempore longo est.
Mox leges: & iura: magistratusq; seuero
Instauratori statuuntur: Sancta senatus
Hinc consulta sacri edicuntur: Marmora coelo
Aequata in templis uisuntur: Scena, Theatrum,
Porticus, Hippodromos, Fora, Thermæ: strata uiatum
Exurgunt: pictis stat structa taberna tabellis.
Prosperitas hæc læta fuit per tempora, donec

Quæ Bebriacæ aues, & q̃ insitatæ faciei Ex Corn. Ta. Et Pli. li. 10. cap. 49.

Bebriacæ uolucres uenere: & præpete penna
Consessu in celebri non cognita substitit ales.
Qua induperatorem notum interiisse, Viteli
Luxuriem pariter properasse ad regna repertum est.

Ex histo. Põpo. læti, & dictus est Trebonianus Gall9.

Heu lachrymanda dies, ab Othone in tempora Galli,
(Quo Duce tum primum pendendo Roma tributo:
Et Scythicæ facta est Regina obnoxia seruæ)
Bella, Neces, Laqueos, Incendia, Stupra, ruinas
Pertulimus iuges: miseriq; exegimus æuum
Quale nec in nigra mœsti Styge perpetiuntur
Tantalus, Ixion, Titiusq;, & Bellides. Orbis
Sic rerum celeri uertigine uoluitur: & sic
Per uarias uersata uices it uita, reditq;.

NeaRoma Constantinopolis dicta.

A Gallo demum, ad NeaRomæ secula ductæ,
Quæ fuerint scelerosa italis in sedibus arma,
Regia cum multis Lepidi quoq; sensit: & expes

Nunc Ducis arma Getæ: Persæ nunc probra Saporis,
Et scythicos motus exhorruit, improba donec
Sacra superstitio uetus exuit, & Ioue pulso,
Relligio subiit christeis, Iam noua surgunt
Templa: noui ritus noua per mysteria fiunt.

Sapores Persarũ rex, Valerianum Imperatorẽ captiuũ duxit, lege Põpo. lætum.

D editur hinc urbi spectator Episcopus: a quo
Cum populo domus alta Dei: templumq; superbum,
Martia cui moles Hecatonstylon inuideat: sub
Septa fori erigitur, geminisq; leonibus Antæ
Marmoreis fultæ: qualem nunc uisimus alte
Nobilem Epysthiis: & Atlantibus ordine longo
Mœrorum faciem mire ornant: Prima proinde
Post nouies decimam quinquennis Olympias egit

496.

Annum a natali Christi omnipotentis ut unum,
Summe leo tua prosper init sacraria: Pro te
Prosper in Abbatem furit Euthycem: & auspice Christo
Heresiarcharum disperdit dogmata, Prosper
Cœlitus hinc Regi princeps: & episcopus urbis
Electus, commissa sibi non pascua glubit,
Non ope fraudat oues: abigit ue in Tesqua: sed omni
Virtutum probitate gregem: data munera pascit,

Di. Prosp epĩs Regii, Ex Genadio Massiliensi in libro de viris illustribus.

P rospera prosperitas, hic prosper prospere Olympum
Tum humanis functus, scandens, in uota uocari
Cœpit: & in diuos ascisci, Diuus & ipsi
Iam populo sacris adscriptus patribus: inter
Hos meruit templo donari. Scilicet unus
Sancte pater patriæ: pacis largitor, & ocii
Assertor prosper, libertatisq; fauissor
Maximus existens: in prospera cuncta precantes
Cum reuoces: nos hac da prosperitate potiri,
Da pater æternum tua Regia mœnia sancta
Pace frui, sanctos mores: & sancta nepotum
Semina publicitus largire, in corpore sano
Sanum animum concede pater: Sic templa reponat
Auspiciis fundata tuis, tua Regia pubes:
Sic tua terrarum: cœliq; nouemplicis author

Precatio ad Di. Prosperũ

Sospitet in melius felicia numina Christus.
Interea domibus cingi fora lata superbis:
Et cœlo, aerias, æquata palatia, moles
Surgere: & obducto sæpiri ingentia muro
Mœnia: spectatu res iucundissima: Cernis

Publica porticus, & Palatiū vbi Senatus hētur.

Hinc patrum antiquo propylæa superba labore
Mundum inspectare: & comitia picta subire,
Quæ latere ex læuo fastigia uertice in astra

Turris noua. palatium nouum.

Turrito educta exæquant Cyclopea saxa.
Illinc horundem, noua qua pallatia cornu
Circumeunt dextro plateam: putealq; reuisunt,

Turris horologii.

Aspicis emisso tendentem in nubila turrim
Tecto aliam, hic gnomon partiri uisitur horas,
Et Solem, Lunamq; suis regere orbibus, Hic &

Tabelliōum locus. Prætorium. Magnificæ domus in Regio. Magnifica item templa.

Iomerina est: seu Cætica, nōscitur hora
Clepsydris melius: melius Scioterico. Honoras
Transeo scribarum sedes: quibus Ephorus urbi
Iura legit, taceo prætoria: Qualia quondam
Diues in Assyrio statuisse Semiramis orbe est
Credita, prætereo pallatia cætera, Sacras
Non ædes repeto: quibus ipsa Diana Ephesi alto
Delubro spectanda: Erycisq; superba Sicani
Machina, quam facile ornatu concederet. Arma
Et patrias uires age si nunc forte reponam,

Ex Chronicis Regieñ. Ligys gigas Regieñ. ab Hercule vbi nunc Cremona interemptus, vñ Cremona condita est, & quasi Alcremena dicta, ex Stesicoro imereo, vt Pōtic⁹ ait.

Quam timeo antiquos reuocet ne in prælia rursus
Liuores Mutina: & toties certamine uicta
Obiiciat cannis: atq; alba tennia inique
Se illusam: & structo Herberiæ molimine mitti
Cum prætore domum grauiter ferat. Abdito musa
Ergo igitur causas irarum, & ad inclyta transi
Facta uirum, at circunueniant quæ crimine nullum.
Nec ligys hic duri referas certamina, nec quis
Viribus Alcides magno cessisse giganti
Creditus est repetas, quamuis fondata Cremonæ
Mœnia, sint testes, quāuis cum Pallade torua,
Cessim ierit toties heros Tyrinthius: hasq;

In terras ruerit cum saxis Iuppiter, Isthæc
Sunt nimium seclis impacta prioribus, ergo
Bis centum: a Christo genito, trigintaq; lustra 1195.
Cum trieteridibus repetet ter quinq; peractis
Qui scite, & releget Regiensium Ephæmeridas, num
Ignorabit auos Gonzagæ prædia: & arces Ex Chronicis Regien.
Quæsiuisse armis: Mantoaq; in agmina longe
Sæuitum a nostris, & eodem tempore portum,
Qua influit Erydanus Taiatæ flumina fossæ
Ciuibus incæptum Regii num nesciet: Hincq;
Post octauam hyemem primus præfectus in urbe 1203.
Scribitur, Hic armis, ubi mons Bismantua duret:
Demoliri arcem iubet, hic in prælia semper Mons Bismātua ī agro Regiensi.
(Qui pro tempore erit) populum osor segnitiei
Hortatur, cohibetq; minas, & temperat iras.
At bene quis numeret, per singula prælia, quicquid
Hoc duce sit gestum: Quot humo exæquauerat arces,
Quot defectores puniuerit: & quibus urbem
Subsidiis, opibusq;: & deditionibus Hostium
Ornarit, suspensa Tholo spolia ampla fatentur,
Publicaq; annales referunt monumenta. Canossam Canossa familia.
Hic gentem arguerem, quæ sola, furentibus armis,
In patrios ingrata lares, post tertia lustra
Ausa magistratu hoc a primo, dedere opizo Opizo Atestinus.
Principi Atestino lepidissima mœnia, sola
Vincla dedit patriæ, Verum generosa secundi
Alcidæ soboles, non inficianda parenti, Hercules Atestinus Dux.2. Alfonsus Dux 3. & Hippolytus Cardinalis Hercul. fil.
Me Alfonsus reuocat, reuocant me ingentia sacri
Hippolyti in multos benefacta: Mathyldis & olim
Quæ post mille fugas, & bella exhausta, marito
Cessit Atestino, quod iuris in urbe tenebat, Mathyldis comes.
Vt nihili egregia hæc pendatur factio suadet.
Sed quid tantillo pro tempore glorior: Albam Pellitur Alfō. Dux. 3. e Regio, & subit Iulius. 2. Pōt. Max.
Gentis Atestinæ uolucrem mox iulia quercus
Insequitur, cogitq; suis a finibus, armis
Arma, referre pedem. Quam nunc lætaret in ulnas

Seditio Regień.

Deueniſſe tuas Romana Eccleſia, at eheu
Seditio horrenda, & populi inteſtina ſimultas,
(Qualis in accenſo fratrum diſcordia Thæbis
Nota rogo eſt, quorum nec dum poſt funera iunxit
Fumum odium) in lachrymas, & ſingultantia raptim
Verba trahit calamum, cogorq; in triſtia cantum
Vertere, Proh ſuperum num ſanguine paſceris author?
An Deus ira tua eſt æterna, æternus ut ipſe es?

Ex Ghronicis Regień.

Sint ſatis antiquo ciuilia bella tumultu,
Quæ Duce ſub Vido Gonzaga exhauſimus, Atrox
Pugna ſatis fuerit, qua dudum Bebia pubes
Irruit in Zobolos, & cœptæ ſemina cladis
Scaliolas ciues: ſatis una, ſuperq; ſit olim
Vidiſſe excidia, & domuum inſpectaſſe ruinas:
Cum mala primigeni ſignata eſt linea ſulci,
Arcis in auſpicio condendæ. Quid Folianos
In plebem iratos referam? Taceo aſpera bella
Quæ Boiarda domus tulit: & quæ plurima pugnax
Stirps Manfreda dedit ſileo mala, Si mihi curæ
Quanta ſit in priſcos priuatim exercita ciues
Sæuitia ordiri, heu timeo ne patria longos
Vrbs iterum in planctus reuocetur: & arma capeſſat.

Bebii. Zoboli. Scaliolæ. Ex Chronicis Regień. Foliani. Boiardi. Manfredi.

Supprime nunc igitur miſeros mea muſa labores,
Et ueteres: miſerumq; nouos abſconde tumultus:
Atq; alio procedat opus: miſſumq; recurſet
Doctrinarum animo decus: unde incocta priorum
Pectora: uirtutum tot ſunt complexa chryas: ut
Mœnibus his: uti equo Troiano: exiuerit orbis
Flos itali: & longis ne exempla petantur ab annis,
Ilias in numero quorum uel Epiſtographa eſſet,

Adagio, ex equo Troiano.

Iuriſconſultorum conſultiſſimus omnium,
Et Polyhiſtor homo, ſcriptorum uera ruina
Carolus errantum: medio hic age in agmine ſiſtat,

D. Carolus Ruina iuriſcōſultus Regiē.

Arpinate minor num forte hic Tullio: in omnes
Stat patriæ caſus dicturus? Agraria certe
Pareat huic iterum lex conuenit: Huic Catilinæ

Ex Plut. & Pli. li. 7. cap. 30.

Concedat rabies rursum decet. Vnus ab omni hic
Plebe pater patriæ dicatur, Et hunc Cato tristis
Miretur: laudetq; uirum in comitia solum
Fidentem ingressos proscriptorum pueros: abs
Quærendis nequam depellere honoribus, Vnus
Hic sæuos posset sub leges mittere Turcas:
Etiam pacatis orando impingere Dacis
Romano melius nil iure: & more latino.
Sed quid pauca loquor Carthaginis acta recensens. Ex Crispo Salustio.
Cum fuerit multo, satius tacuisse: Seuerus
Palladiis huc forte Solon si accedat Athenis,
Huc Lacedæmonia fugiendo Lycurgus ab urbe, &
Huc Numa Romuleo si abscedens cedat Asylo,
Hic legum rudera: atq; hic legum ænygmata solui
Cum dicto agnoscet, Tum si figuli orbem Anacharsis, Ex Plin. li. 7. cap. 56.
Phyllirides medicū gramen, Pan fistulam, Aristæus
Ipsum oleum, Mercaturas si pœnus, Arachne
Retia, Vel tornum Theodorus, Pondera græcus
Mensurasq; Pdydon, demum si tentet habere
Rursus, & inuentas alius desyderet artes,
In melius ue uelit mutatas discere cunctas, Ex prouerbio ꝙ est, in Samo lac gallinaceum.
Emporium, huc ueniens, uirtutum agnoscet, & olim
Dicet, Gallinæ lac Regi parturierunt.

FINIS.

Errata paucula inter excudendum.
Facie prima, uersu. 4. Phalæcio.
Fui, pro frui.
Facie prima in ultimo uersu phalæcio.
Micœnis, pro Mycœnis.
Facie nona uersu. 17.
Exæquauerat, pro exæquauerit.

